

† In Nomine Domini Amen. Anno Incarnacionis eiusdem Millesimo Trecentesimo Tricesimo. Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Vicesimo Secundo feliciter amen, Mense Marcii die nono eiusdem quartedecime Indicionis aput Civitatem Sancte Marie. Nos Nicolaus Contardi annalis Iudex predicte Civitatis, Bartholomeus de Catarina Regius publicus eiusdem Civitatis notarius, et testes subscripti *etc.* testamur. Quod predicto die accersitis nobis ad domum Petri mussenule existentem in Civitate prefata ad petitionem et instanciam Margarite pedissece (*sic*) qd. Sciri (*sic*) Mauri mussenule habitatoris Baroli, ut dicitur, prefata margarita Coram nobis confisa prius de fide prudencia industria et legalitate Petri Mussenule filii ut dixit predicti qd. Sciri Mauri, habitatoris eiusdem Civitatis. Ipsum fecit constituit et legitime ordinavit suum verum legitimum et generalem procuratorem, actorem, factorem et nuncium specialem presentem volentem et recipientem procuracionis huiusmodi in se sponte et voluntarie suffipientem (*sic*), cum consensu et auctoritate Nicclai de Cusencia mundualdi per eam electi et per me predictum Iudicem iudiciaria auctoritate confirmati in defectu alterius legitimi, quo carere asseruit ad presens, ad conferendum se nomine et pro parte ipsius mulieris apud dictam terram Baroli, ad petendum, exigendum et recipiendum vice nomine et pro parte ipsius mulieris, a Lapo de lagacta et Sociis executoribus testamenti seu Codicilli, ac cuiuslibet ultime alterius dispositionis qd. Dunnucii Gilberti de Florentia olim habitatoris eiusdem terre Baroli ut dixit, totam illam pecuniam debitam, seu legatam ipsi mulieri per ipsum qd. Dunnucium in ultimis suis, prout in testamento, seu Codicillo et alia ultima disposizione ipsius qd. Donnucii dicitur contineri, Dans et concedens dicta constituens cum auctoritate predicta predicto procuratori *etc.* propterea recepit apodixam vel cautelas alias publicas vel privadas *etc.* Promisit sub obligatione et ypoteca omnium bonorum suorum se ratum habere et predictam procuracionem et subscipiendo et subsequendo ab eo *etc.* publicum Instrumentum exinde factum est per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum signo et subscriptione mei q. s. Iudicis et subscriptione testium subscriptorum Roboratum. (*Segno*).

† Ego Nicolaus de Contardo q. s. Iudex me subscripsi. (*Segno*).

† Eggho (*sic*) Francesco omoddei (*sic*) de Firenze testi sonto (*sic*).

† ego arigho (*sic*) de lucha (*sic*) testor.

† ego gualterium (?) bovem (?) de Ravello testis. (*Segno*).

N. 121.

A. D. 1330

(8 giugno; Indiz. XIII)

Provenienza	Cattedrale.
Data di luogo	Barletta.
Rogatorio	<i>Thomasius de magistro Henrico not.</i>
Descrizione	Taglio rettang: alt. m. 0,30; larg. m. 0,22. Servi per avvolgere fasci di pergamene, perciò è forata a p.
Scrittura	Gotica impiccolita.
Contenuto	I tre speciari di Barletta <i>Bartholomeus</i> de Lavina, <i>Ferella</i> di Pietro <i>zeczo</i> , <i>Raynaldus</i> di Pietro de Mangana, per compra di <i>indaco</i> , <i>zinczibarus</i> e <i>cannella</i> , acquistata da due commercianti di Firenze, Giovanni de Salvi e Nicolò Francesco della <i>Società Bardorum</i> , pagano once 24, tari 9 e gr. 5. Ne viene rilasciata regolare quietanza.
Bibliografia	Inedita.